VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



dauid patrissim regnauit q; roboam filio
eius pro eo. Venit autem roboam in sichem. Illuc
enim congregatus erat omis israel ad constituendum eum
regem. At ieroboam filium nabath cum adhuc esset
in egypto profugus a facie regis salomonis audita
morte eius reuersus est de egypto. Miseruntq;
et uocauerunt eum. Venit igitur ieroboam et omis
multitudo israel et locuti sunt ad roboam dicentes.
Pater tuus duriss̃imum iugum imposuit nobis. tu
itaq; nec imminue paululum de impio patris
tui durissimo et de iugo grauissimo quod impo
suit nobis. et seruiemus tibi. Qui autem ait. ite usq;
ad tertium diem. et reuertimini ad me. Cumq; ab
isset populus. mittit eis filium rex roboam cum semori
bus qui assistebant coram salomone patre eius dum
adhuc uiueret. et ait. Quod datis mihi consilium
ut respondeam populo. Qui dixerunt ei. Si bodie
obedieris populo huic. et seruieris ei petitio
nibus eorum cesseris. locutusq; fueris ad eos ubera
nia. erunt tibi serui cunctis diebus. Qui dereliquit
consilium senum quod dederant ei. et adhibuit ado
lescentes qui nutriti fuerant cum eo. et assiste
bant illi. dixitq; ad illos. Quid mihi datis consilium
ut respondeam populo huic. qui dixerunt mihi leui
ora iugum quod imposuit pater tuus super nos.
Et dicant ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo.
Sic loquere populo huic qui locuti sunt ad te dicen
tes. pater tuus aggrauauit iugum nostrum. tu re
leua nos. sic loqueris ad eos. Minimus digitus
meus grossior est dorso patris mei. Et nunc pater
meus posuit super uos iugum graue. ego autem ad
dam super iugum uestrum. Pater meus cecidit uos fla
gellis. ego autem cedam uos scorpionibus. Venit
igitur ieroboam et omis populus ad roboam die tertia sicut
locutus fuerat rex dicens. reuertimini ad me
die tertia. respondit q; populo rex dura. dere
licto consilio senum qui ei dederant. et locutus
est eis secundum consilium iuuenum dicens. Pater meus
aggrauauit iugum uestrum. ego autem addam
iugo uestro. Pater meus cecidit uos flagellis.
ego cedam uos scorpionibus. Et non acquieuit
rex populo. quia adversatus fuerat eum dominus. ut susci
taret uerbum suum quod locutus fuerat in manu
ahiae silonitae ad ieroboam filium nabath.

Videns itaq; populus quod noluisset eos audire rex.
responsum ei dicens. Quae nobis pars in dauid. aut
quae hereditas in filio ysai. Recedite. unusquisq;
in tabernacula tua israel. Nunc uide domum tuam dauid.
Et abiit israel in tabernacula sua. Super filios autem
israel qui habitabant in ciuitatibus iuda regnauit
roboam. Misitq; rex roboam ad hyram qui erat
super tributum. et lapidauerunt eum omis israel. et mortuus est.
Porro rex roboam festinauit ascendere currum. et fugit
in ierusalem. Recessitq; israel a domo dauid usq; in
praesentem diem. Factum est autem cum audisset omis israel quod
reuersus esset ieroboam. misitque et uocauit eum con
gregato exercitu et constituit eum regem super omnem israel.
nec secutus est eum quisquam domus dauid. praeter tribum iuda
solam. Venit autem roboam in ierusalem. et congregauit
uniuersam domum iuda. et tribum benamin. centum lxxx.
milia electorum uirorum bellatorum ut pugnarent contra
domum israel. et reducerent regnum roboam filio salo
monis. Factus est autem sermo domini ad semeiam uirum di
dicens. Loquere ad roboam filium salomonis regem iuda.
et ad omnem domum iuda et benamin et reliquos de
populo dicens. Haec ascendens non bellabitis contra fratres
uestros filios israel. Reuertatur uir in domum suam. A me
enim factum est hoc audiuerunt sermonem domini. et re
uersi sunt de itinere sicut praeceperat dominus. Aedificauit autem
roboam sychem in monte ephraim. et habitauit ibi.
Et egressus inde. aedificauit fanum bethel. Dixitq; ieroboam
in corde suo. Nunquid reuertetur regnum ad domum dauid. si
ascenderit populus iste ut faciat sacrificia in domo
domini ierusalem. et uertetur cor populi huius ad dominum
suum roboam regem iuda. interficientq; me et reuer
tentur ad eum. Et excogitato consilio fecit duos uitulos
aureos. et dixit eis. Nolite uobis ascendere ierusalem.
Ecce dii tui israel qui eduxerunt te de terra egypti. Po
suitq; unum in bethel. et alterum in dan. Et factum
est uerbum hoc in peccatum. Ibat enim populus ad adorandum
uitulum usq; dan. et fecit fana in excelsis. et sacer
dotes de extremis populi qui non erant de filiis leui.
constituit q; die sollempni in mense octauo. quinta de
cima die mensis. similitudinem sollempnitatis quae
celebratur in iuda. Et ascendit altare similiter
fecit in bethel. ut immolaret uitulis quos fabri
cauerat. Constituitq; in bethel sacerdotes excelsorum
quae fecerat. et ascendit super altare quod exstruxerat